



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

54. Romanus Pontifex &c. Super annexione Officii Auditoratus Generalis
Causarum Confidentialium Officio Causarum Curiae Camerae Apostolicæ
Auditoratus Generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

ANN O
1726.ANN O
1726.

LIV.

Super annexione Officii Auditoratus Generalis
Causarum Confidentialium Officio Causarum
Curiae Camerae Apostolicae Auditoratus Gene-
ralis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei me-
moriam.*

Romanus Pontifex de Supremo Apostolicae Sedis Solio dispositione incommutabili, Divinaque Providentia constitutus, ut noxia evellat, & destruat, ac evulsa, & destructa in uniuersam provide directionis erigat dignitatem, interdum quae rationabilibus ex causis à Sede Apostolica disposita sunt, subinde rerum experientia suadente, maioribus ex causis alterat, & immutat, ac his Pastoralis Officii sui partes sollicitè, & prudenter interponit, prout rerum, temporumque qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire. Alias siquidem, & postquam felicis recordationis Pius Papa V. Praedecessor noster, & tunc suus omnium Causarum Confidentialium pro tempore movendarum cognitionem, & decisionem, ac Literarum Apostolicarum à piæ memoriae Pio PP. IV. etiam Praedecessore nostro tunc suo super huiusmodi Confidentialium emanatarum executionem sibi, & Successoribus suis reservaverat, & postmodum ob varias, & continuas pro tempore existentis Romani Pontificis in gravissimis, & arduissimis totius Reipublicae Christianae negotiis occupationes, Causae ipsae in Romana Curia pro tempore motae, & introductae per particularem Judicem ex delegatione Apostolica audiri, decidi, & cognosci consueverant, ipse vero Judex nesci quomodo Romani Pontificis nunc amovibilis, sed etiam sibi contra ordinarios Collatores Episcopos, & alios superiores Praelatos hac confidentiali labe praedicta infectos procedendi facultas praclusa existeret, cui etiam in huiusmodi causarum prosecutione ut plurimum delegabantur diversae simoniae pravitates, & aliae illicitae actiones, quae licet ex ipsis confidentialibus resulerent, seu illis mixtae, & junctae forent, tamen à nonnullis praetendebatur, eas sub facultatibus Judici praedicto concessis minime comprehendi, nec in illis ab ipso sine speciali Sedis Apostolicae rescripto posse procedi, unde eveniebat, ut modò ipsius Judicis mutatione, quae interdum contingebat, facultatum suarum angustia, ac etiam delinquentium cavillationibus, & subterfugiis, ejusdem Judicis auctoritas saepius eluderetur, ac ea, quae ad purgandam hac contagione Dei Ecclesiam à dictis Praedecessoribus sapientissimè sancita fuerant, ut plurimum debito effectu carebant in animarum perniciem, & scandalum plurimorum, ejusdem recordationis Sixtus PP. V. similiter Praedecessor noster incommodis praedictis obviare cupiens, operae pretium duxit, praedicti Judicis Personam speciali titulo, & denominatione decorare, illiusque Jurisdictionem ampliare, ut in Tribunali suo tum Judicia, tum cetera ad id munus pertinentia perpetuò stabilirentur, ac ad certum, debitumque finem ordinarentur, Motu ejus proprio, merae deliberatione, & ejus certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine unum Officium Auditoratus Generalis quarumcumque Confidentialium, etiam Simoniacam pravitatem, & quamcumque aliam illicitam actionem inducentium, seu connexitatem aliquam cum Confidentialia habentium, Cau-

farum, rerumque omnium inde resultantium, pro uno Generali illarum Auditore, qui omnium, & singularum Causarum huiusmodi Ordinarius Judex exerceret, & Officium ipsum ad ejus vitam obtineret, illudque in ejusdem Sixti Praedecessoris huiusmodi, & pro tempore existentis Romani Pontificis manibus quodocumque resignare licitè posset ad instar aliorum Romanae Curiae Officiorum vacabilem, & resignabilem, Apostolica auctoritate perpetuò crexit, & instituit, illique sic erecto, & instituto pro illius Dote decimam partem omnium, & singulorum fructuum, reddituum, proventuum, Jurium, obventionum, ac etiam distributionum quotidianarum, etiam solis praesentibus, & Divinis Officiis interessentibus dari, & per eos percipi solitarum, & aliorum quorumcumque emolumentorum, ac etiam pensionum annuarum cum interventu Confidentialis, vel aliam simoniae, aut alia illicita actione interveniente, seu cum his Confidentialis aliquam dependentiam, vel connexitatem habente, indebitè perceptorum, ad quorum restitutionem quoscumque per ipsius Auditoris Sententiam condemnari, etiam si postmodum per alios Judices Causam fortasse revideri, & dictam Sententiam confirmari, seu reformari, ac etiam super quibus post Litem desuper in Officio huiusmodi intentatam quomodolibet componi, vel aliam concordari contigisset, nec non omnia, & singula alia Jura, salaria, regalia, & emolumenta quaecumque ordinaria, & extraordinaria unde cumque, & quomodocumque provenientia, etiam sportulas, vel alio quocumque nomine nuncupata, quae Judices Causarum Confidentialium huiusmodi in dicta Curia pro tempore deputati quomodolibet, & quocumque titulo, vel causa habere, consequi, lucrari, & percipere consueverant, seu etiam potuissent, ac debuissent, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & valoris fuissent, Apostolica auctoritate praedicta, etiam perpetuò applicavit, & appropriavit, ipseque Auditor pro tempore existens omnibus, & singulis privilegiis, quibus veri Familiares tunc sui, & Romani Pontificis pro tempore existentis, continuique Commensales, Praelati Domestici, Sedisque praedictae Notarii quomodolibet fruuntur, potiuntur, & gaudent, sibi similiter perpetuò concessis, & indultis, omnes, & singulas dictarum Confidentialium, & Simoniacarum pravitatem, vel quamvis aliam illicitam actionem inducentium, seu aliquam dependentiam, vel connexitatem habentium, rerumque omnium inde resultantium, Causas huiusmodi in eadem Curia quomodocumque, & qualitercumque, ac alias quascumque Personas, etiam Cardinalatus honore, ac Patriarchali, Archiepiscopali, & Episcopali Dignitatibus fungentes, etiam per viam Inquisitionis, aut ex officio, aut Apostolica delegatione, vel aliam quomodolibet motas, & movendas, ac etiam quae per viam appellationis à Sententiis definitivis, vel interlocutoriis, vim definitivae habentibus, per quoscumque Judices ordinarios, vel Delegatos, ac etiam dictae Sedis Legatos, vel Nuncios pro tempore latis, & promulgatis ad Sedem praedictam pro tempore interpositae, seu reclamationis Judicialis, aut nullitatis ad Sedem eandem eatenus devolutae erant, vel in posterum devolverentur, ita ut Causae appellationum huiusmodi per eum solum cognosci, nec alteri nisi per Commissionem in Signatura Gratiae, vocato ipso Auditore, propositam, & manu ejusdem Sixti Praedecessoris signatam committi possent, summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura Judicii, sola veritate inspecta, & manu regia, ac terminis substantialibus, qui de stylo, seu ordinatione Palatii Apostolici observari

ANN O
1726.

conſueverant, penitus omiſſis, ac etiam quibufvis appellacionibus, nullitatibus, & aliis dif- fugiis prorsus ſemotis, procedendo una cum omnibus, & ſingulis earum incidentiis, depen- dentiis, emergentiis, annexis, & connexis, ac etiam toto negotio principali audiendi, cognof- cendi, decidendi, ſineque debito terminandi, etiam ſingulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, nec non ſuper omnibus, & ſingulis Conſidentiis etiam aliquam dependentiam, vel connexita- tem cum ſimoniaca, vel alia illicita pactione habentibus, ſeu mixtis huiusmodi, rebusque om- nibus inde reſultantibus, tam ad Procuratoris Fiſcalis denunciationem, & promotionem, quam etiam Partium accuſationem, ſeu ex me- ro Officio inquirendi omnes, & ſingulas huius- modi confidentialem, & ſimoniacam pravita- tem, vel quamvis aliam illicitam pactionem inducentium, ſeu aliquam dependentiam, vel connexitatem habentium, rerumque omnium inde reſultantium, Cauſas coram quibufvis Ju- dicialibus, etiam Palatii Apoſtolicæ Cauſarum Au- ditoribus, inter quacumque Perſonas motas, & movendas, ad ſe, & ſuum Tribunal avo- candi, ac omnes, & ſingulos dictarum Conſi- dentiarum, & Simoniarum Auctores, Machi- natores, Conſcios, Complices, & alios, quos opus eſſet, ac ſua quomodolibet intereſſe pu- tantes etiam per Ediſtum publicum, ſi ad eos tutus non pateret acceſſus, citandi, & con- ſulto ſibi, quantum ſufficere videretur de Indi- ctiis, ad perſonaliter, vel alias legitime compa- rendum ſub Excommunicationis, aliisque Ec- cleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis, ac privationis omnium, & ſingulorum Beneficio- rum, & Officiorum per eos obtentorum, ac in- habilitatis ad illa, & alia quacumque impoſte- rum obtinenda; nec non pecuniariis, aliisque ejus arbitrio, etiam juxta demeritorum exigen- tiam corporis aſſiſtis pœnis, monendi, eisque, ac quibufvis Judicialibus tam Ordinariis, quam Commiſſariis, etiam quacumque auctoritate fungentibus, & ſuncturis, ſub ſimilibus Sen- tentiis, Cenſuris, & pœnis tam in dicta Curia, quam extra eam ubilibet inhibendi, detinentes quocumque Libros, Scripturas, Computa, In- ſtrumenta, & alia Documenta publica, & pri- vata, dictarum Conſidentiarum Cauſas, etiam ut præſertur, mixtas quomodolibet concer- nentia, ad illa exhibenda, nec non quolibet Teſtes ad ſe examini ſubjiciendum, ac verita- tis Teſtimonium perhibendum, etiam ex Offi- cio, vel alias, prout ſibi viſum foret, per ſi- milis Cenſuras, & pœnas cogendi, compellen- di, eoſque, nec non Contradiſtores quolibet, & Rebelles per Sententias, Cenſuras, & pœ- nas etiam privationis huiusmodi incidiffe, ſer- vata forma Concilii Tridentini, declarandi, auxiliumque Brachii ſecularis invocandi, nec non unum Locumtenentem in huiusmodi Cau- ſis cum ſimili, vel limitata poteſtate, quoties viſum foret, conſtituendi, & deputandi, eum- que revocandi, ac alium ejus loco ſubrogandi, nec non Literas, Conſtitutiones Pii IV. & Pii V. Prædeceſſorum huiusmodi ſuper dictis Conſi- dentiis editas, ac omnes, & ſingulas Senten- tias in dictis Cauſis Conſidentiarum, tam eate- nus per earum Judices, qui pro tempore fuiſ- ſent, latas, quam in poſterum per tunc futurum Auditorem huiusmodi, ejuſque Succeſſores, ac Locum tenentes ferendas, via executiva, nul- la tela judiciaria ſervata, ac quacumque appel- latione remota, ac alias juxta Literarum, ſeu Conſtitutionum prædictarum, ac etiam facultatum dictis Judicialibus per eum, & Prædeceſ- ſores ſuos quomodolibet conceſſarum formam, continentiam, & tenorem plenarie, & totali-

ter exequendi, & executioni demandandi, mandataque executiva, & alia quomodolibet neceſſaria, & opportuna decernendi, & rela- xandi, & generaliter omnia, & ſingula alia, que in præmiſſis omnibus, & ſingulis quomo- dolibet neceſſaria, & opportuna fuiſſent, fa- ciendi, dicendi, gerendi, exercendi, man- dandi, decernendi, ſtatuendi, ordinandi, & exequendi, plenam, & liberam, & omnimo- dam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem haberet, & habere deberet; Quodque Offi- cium Notariatus earundem Cauſarum, de cæ- tero perpetuis futuris temporibus ad meram, & liberam pro tempore exiſtentis Auditoris prædicti diſpoſitionem ſpectaret, & pertineret, ipſeque pro tempore exiſtens Auditor Officium Notariatus huiusmodi quibufvis Perſonis, de quibus ſibi viſum foret, per ſuas patentes Lite- ras, Sigillo Officii ſui Auditoratus munitas, gratis, vel pro pretio reperibili concedere, & assignare, ac ſoluta ſibi ſolita compoſitione re- ſignationis de dicto Officio Notariatus pro tem- pore faciendæ, nec non Perſonam, cui Offi- cium ipſum Notariatus pro tempore conceſſi- ſſet, & assignaviſſet, ad illud, illiſque liberum exercitium abſque alia dicti Sixti Prædeceſſo- ris, & pro tempore exiſtentis Romani Ponti- ficis conceſſione, & assignatione recipere, & admittere, ac per eos, ad quos ſpectabat, & pro tempore ſpectaſſet, recipi, & admitti, ac illis de ſolitatis, & conſuetis Juribus, & emolumentis reſponderi facere liberè, & licitè va- leret, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo ſtatuit, & ordinavit, ac alias, prout in Literis Apoſtolicis ejuſdem Sixti Prædeceſſo- ris deſuper ſub Datum tertio Kalendas Novem- bris Pontificatus ſui anno ſecundo plenius con- tinetur. Cum itaque poſtmodum Officium Au- ditoratus Generalis Cauſarum Conſidentiarum, vel alias, ut præſertur, mixtarum huiusmodi per liberam diſmiſſionem Venerabilis Fratris Noſtri Franciſci Friderici de Jordanis moderni Archiepiſcopi Melitenen. nuper dictarum Cau- ſarum Conſidentiarum Auditoris, de dicto Auditoratu, quem tunc obtinebat, prævia tamen reſtitutione pretii ejuſdem Officii cum Da- taria noſtra concordati, in manibus noſtris factam, & per Nos admiſſam, vacaverit, & vacet ad præſens, Nos incommodis prædictis, ac cavilloſis Judiciis competentis allegationibus conſultius obviare, ac promptiore adverſus tam pernicioſam in exitium animarum labem provide Juſtitia manum excitare cupientes, nec non Pii IV. Pii V. ac Sixti Prædeceſſo- rum huiusmodi reſpective Literarum, & Conſi- titutionum prædictarum, nec non prædicto- rum Privilegiorum, Indultorum, gratiarum, & facultatum pro tempore exiſtenti Cauſarum Conſidentiarum huiusmodi Auditori quomo- dolibet conceſſorum, ac Sententiarum deſuper forſan latarum, & inde ſecutarum quarum- cumque tenores, nec non Litium, & Cauſarum ſuper Conſidentiis huiusmodi, aut alias, ut præſertur, contra quocumque coram eodem Auditore nunc quomodolibet introducta- rum, & adhuc indeciſarum pendentium, ſta- tus, & merita, nominatim, & cognomina litigantium præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, me- raque deliberatione noſtris, & de Apoſtolicæ po- teſtatis plenitudine ſimilibus ab Officio Auditora- tus Generalis quarumcumque Cauſarum Conſi- dentiarum præſatarum per dictum Sixtum Præ- deceſſorem, ut præſertur, erecto, & inſtituto, & ad præſens per dicti Franciſci Friderici Archiepiſcopi diſmiſſionem præſatam vacante, hu- juſmodi omnimodam prædicti Officii Auditora- tus Generalis quarumcumque Cauſarum Con-

ANN O
1726.

ANNO
1726.

fidentialium venalitate, ac omnimodam illius resignabilitatem ei, illudque pro tempore obtinenti in illius erectione, & institutione ab eodem Sixto Prædecessore, ut præfertur, factis, Apostolica auctoritate quomodolibet concessas, tributas, & indultas, & usque nunc ad instar aliorum Officiorum vacabilium, & resignabilium exercitas, perinde ac si venalitas, & resignabilitas hujusmodi tunc minime concessa, tributa, & indulta, ac nunquam exercita fuissent, Apostolica auctoritate perpetuo abdicamus, abstrahimus, penitusque supprimimus, extinguimus, & abolemus, illisque sic abdicatis, abstrahis, suppressis, extinctis, & abolitis, Officium Auditoratus Generalis quarumcumque Causarum Confidentialium, & Simoniacam pravitatem, & quamcumque aliam illicitam pactionem inducentium, seu aliquam connexitatem cum Simonia labe habentium, prædictum, & ad præsens, ut præfertur, vacans cum reliquis omnibus, & singulis privilegiis, Indultis, gratis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, omnimodaque in præmissis Jurisdictione, necnon omnibus, & singulis Juribus, salariis & emolumentis quibuscumque ordinariis, & extraordinariis, undecumque, & quomodocumque provenientibus, etiam sportulis, vel alio quocumque nomine nuncupatis, Judicibus Causarum Confidentialium prædictarum in dicta Curia aliis pro tempore deputatis quomodolibet, quocumque titulo, vel causa haberi, consequi, lucrari, & percipi solitis, & confueris, quæve Judices prædicti ante Erectionem Officii Auditoratus Causarum Confidentialium hujusmodi à prædicto Sixto Prædecessore, ut præfertur, factam habere, consequi, lucrari, & percipere consueverant, potuerant, & debuerant, & in illius erectione hujusmodi ab eodem Sixto Prædecessore in eisdem Officii Auditoratus Generalis Causarum Confidentialium hujusmodi tunc, ut præfertur, facta, Officio hujusmodi, illiusque Auditori Generali pro tempore existenti perpetuo applicata, & appropriata fuerant, Apostolica Auctoritate prædicta de novo perpetuo erigimus, & instituiamus, illudque sic de novo erectum, & institutum Officio Causarum Curia Camera Apostolicæ Auditoratus Generalis, ita quod liceat Causarum Curia Camera nostræ hujusmodi Generali Auditori, illiusque Locum tenentibus nunc, & pro tempore existentibus, omnibus, & singulis beneficiis, indultis, gratis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, ac quacumque privativa quoad omnes alios quoscumque Judices in Causis Confidentialibus, aut aliis, ut præfertur, mixtis, aut quamcumque cum eis connexitatem quomodolibet habentibus, prout Causarum Confidentialium hujusmodi tunc pro tempore existens Auditor uti, frui, potiri, & gaudere consuevit, ac si Officii Causarum Confidentialium hujusmodi venalitas, illiusque resignabilitas à Nobis, ut præfertur, abdicata non fuissent, uti, frui, potiri, & gaudere, necnon omnia, & singula Jura, obventiones, salaria, regalia, & emolumenta quacumque ordinaria, & extraordinaria undecumque, & quomodocumque provenientia, ac etiam sportulas, aliaque quocumque nomine nuncupata, & à pro tempore existente Causarum Confidentialium hujusmodi Auditore Generali ratione Causarum Confidentialium hujusmodi Auditoratus Generalis percipi, & exigi solita, percipere, & exigere possint, & valeant; Sublata tamen facultate Auditori Generali Causarum Confidentialium hujusmodi pro eisdem Sixti Prædecessoris Literas prædictas concessa disponendi de Officio Notariatus earundem Causarum, Quarum

Asta, & consueta Expeditiones, cum primum per cessum, vel decessum, aut privationem, seu amotionem dilecti Filii Joannis Baptistæ Constantini, qui dictum Notariatus Officium ad præsens possidet, & exercet, vel cujusvis alterius, qui illud pro tempore quomodolibet obtinebit, aut aliis quovis modo vacare contigerit, servata in reliquis quoad dictum Notariatus Officium forma, & dispositione Literarum prædicti Sixti Prædecessoris, tunc per Causarum Curia Camera nostræ Apostolicæ Notarios confici, & respectivè subscribi omnino debeant, dicta Apostolica auctoritate æquè principaliter, non autem subjectivè, & extinctivè eadem Apostolica auctoritate perpetuo applicamus, & appropriamus; Et ut omnis per applicationem, & appropriationem à Nobis per præsentem, ut præfertur, factas confusio tollatur Jurisdictionis, & ut universis, & singulis constet, liquidòque appareat, qua facultate, quæve Jurisdictione Causarum Curia Camera nostræ prædictæ Auditor Generalis nunc, & pro tempore existens hujusmodi in judicandis, terminandisque Confidentialibus Causis utatur, eidem Auditori Causarum Curia Prædictæ Generali nunc, & pro tempore existenti, ut ipse in posterum, ac perpetuis futuris temporibus in singulis suis mandatis desuper quoad Causas Confidentiales hujusmodi expediendis, ejus solitis, & consuetis inscriptionibus, & titulis aliam inscriptionem, aliumque titulum, nempe Auditoratus Generalis Causarum Confidentialium hujusmodi adjungat, nec non omnes, & qui in exercitio Auditoratus Causarum Confidentialium hujusmodi quoad numerum Literarum Patentium pro Officialibus, & Ministris per Civitates, & Dioceses à tunc pro tempore existentibus Causarum Confidentialium hujusmodi Auditoribus prædictis expediri solitarum irreperunt abusus, penitus amovere cupientes, Auditori Causarum Curia Camera nostræ prædictæ Generali nunc, & pro tempore existenti, ut Ipse unum dumtaxat Commissarium sibi pro qualibet Diocesi Ordinariorum Jurisdictione ad assumendas informationes, Processusque construendos, aliaque circa causas, & materias in eorundem Pii IV. & Sixti Prædecessorum respectivè Literis prædictis expressas, & contentas sibi benefica facienda, & gerenda, per suas patentes Literas gratis, & absque ulla solutione eligere, & constituere, eidemque Commissario sic ab eo, ut perferretur, electo, & constituto, facultatem Notarium sibi beneficum assumendi, & Procuratorem Fiscalem, etiam si de aliena Diocesi extiterint, constituendi, in Causis tamen particularibus contingentibus, facultatem concedere posse, Apostolica auctoritate prædicta perpetuo earundem præsentium Edicto præcipimus, & mandamus; Ut autem Commissarii, alique Ministri, & Officiales à Causarum Curia Camera nostræ hujusmodi Auditore Generali nunc, & pro tempore existente prædicto ad Causas Confidentiales hujusmodi consiciendas, aliaque præmissa exequenda, ut præfertur, eligendi, & constituendi, tunc, ac liberè eorum respectivè ministeriis, eis, & eorum cuilibet demandandis incumbere possint, & valeant, Commissarios videlicet prædictos à quorumcumque Ordinariorum, & Judicum plenariè, & perpetuo, quo verò ad Notarios, & Procuratores Fiscales à Commissariis ipsis in singulis Causis particularibus, ut præfertur, deputandos, eisdem tantum Causis durantibus, quatenus contra Ordinarios ipsos inquiri, & procedi contigerit, & non aliis, ab eorum

ANNO
1726.

ANN O
1728.

dem Ordinariorum Jurisdictione respectivè eximimus, eosque Causarum Curia Camera nostrae praedictae Auditoris Generalis nunc, & pro tempore existentis Jurisdictioni subjecimus, & supponimus. Volumus autem, quod Commissarii pro tempore, ut praefertur, eligendi, & constituendi, hujusmodi Ecclesiastica Persona vitae, morum honestate, prudentia, rerum experientia, aliaque omni debita ad eorum ministeria exequenda idoneitate praediti existant, & quoad eos omnia, & singula ferventur, quae in Concilio Romano Tit. 9. cap. 3. in verbo *Subcolletores* servari debere Concilium ipsum demandat. Praesentes quoque validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis observari debere, neque sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus Gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis comprehendi, vel confundi, sed semper, & perpetuò ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo concessas esse, & fore, sicque, & non aliàs per quoscumque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictaeque Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, irritumque, & inane decernimus, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstante Causarum Confidentialium praedictarum Auditoratus Generalis aliàs à Pio IV. & Sixto V. Praedecessoribus praedictis, ut praefertur, respectivè facta, & quatenus opus sit, de Jure quaesito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis, nec non Pii IV. & Pii V. ac Sixti Praedecessorum praefatorum, ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae, & Camerae praedictae non alienandis, & malè alienatis recuperandis, illisque non obligandis, ac ejusdem Pii IV. Praedecessoris praefati de gratiis ejusdem Camerae interesse quomodolibet concernent. in dicta Camera intra certum tempus praesentandis, ac registrandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis Causarum Confidentialium Auditoratus à Nobis per praesentes, ut praefertur, abdicati, ac de novo erecti, & applicati Auditori pro tempore existenti sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, ac mera deliberatione praedictis, ac aliàs in contrarium praemissorum omnium, & singulorum praedictorum quomodolibet pluries concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque singulis, & totis tenoribus habenda sit mentio specialis, perinde ac si in eisdem praesentibus eorum tenores, & de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, inserti forent, pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, latissimè, & plenissimè, ac expressè ad validissimum praemissorum omnium, & singu-

lorum praedictorum effectum, etiam specialiter, & expressè motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc Paginam nostrae abdicacionis, abstractionis, suppressionis, extinctionis, abolitionis, novae erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, praeccepti, mandati, Exemptionis, subjectionis, suppositionis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei aut temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo octavo nonis Novembris, Pontificatus nostri Anno quinto.

J. B. Archiepiscopus Nisibenus
Subdatarius.

V I S A.

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.
Lucas Martinettus.

Registrata in Camera Apostolica.

Felix Francischinus R. C. A. Secretarius
Mensarius.

Erectio Insignis Collegiatae Ecclesiae S. Venantii in Cathedrali, & respectivè
Terra Fabriani in Civitatem.

Decreta per Sanctissimum Dominum Nostrum

B E N E D I C T U M XIII.

P O N T. M A X.

In Consistorio secreto habito Feria 2. die 15.
Novembris 1728.

NOtoriae sunt & Fraternitatibus Vestris sanè competet qualitates & prerogativae, quibus Terra Fabriani in Piceno sita, praesulgeat; Hinc Nos enixis, & iteratis dilectorum filiorum illius Communitatis, & Populi de hac Sancta Sede non semel benemeriti supplicationibus indulgere cupientes, insignem Collegiatam Ecclesiam Sancti Venantii in dicta Terra existentem, in Cathedrali, ac Terram ipsam in Civitatem erigere intendimus.

Fabrianum Piceni Oppidum, Terram nuncupatam, situm est in Diocesi Camerineni, & septem mille circiter Christi fideles complectitur sub Dominio hujus Sanctae Sedis.

Exeat in illo Insignis Collegiata Ecclesia in honorem Sancti Venantii Martyris, magnificè, & eleganter extructa, à Priore unica Dignitate, & undecim Canonis, cum octo Cappellanis, aliisque pluribus Presbyteris, & Clericis, ministrata; ubi exercetur cura animarum, & Sacrarum reperitur Sacra Supellectili ad Divina peragenda Suffultum, ac pluribus Sanctorum Reliquiis decoratum.

Ad sunt in dicta Terra aliae tres Parochiales, inter quas, altera Collegiata, Ecclesiae, duodecim Virorum, & novem Monialium Caenobia, quindecim Confraternitates, quinque Hospitalia, & Mons Pietatis.

Territorium ad quinquaginta circiter millia-

ANN O
1728.9. Novemb.
1728.

LV.